Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38192
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Et qui peccati trabem de suo oculo
non potest eruere. quomodo
ex alterius oculo potest ampu-
re festucam.,. item sequitur.,
Non neophytum. hoc. ē. qui nuper
ad fidem ex gentilitate aduenit.
aut certe ex militia saeculari. ad
clericatus. ē. officium sociatus.,
Huic ergo non tam cito sacerdotalem
arripiant gradum. ne elatus in super-
bia in iudicium incidant. & in la-
queum diaboli.,
Quia qui longo tempore sacer do-
talem non discunt officium. in
paruo tempore seruare non possunt.,
Et concludens apostolus.
regulam episcopalem formam.
ad extremum introitum dicens.,
O porte autem & testimonium ha-
bere bonum. ab his qui foris sunt.